Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift

esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas. & dixit ei.
Dns meus. & ds mus. Dicit ei ihc. Quia uidisti me. cre
didisti. Beati qui non uiderunt & crediderunt. Multa quidem
& alia signa fecit ihc in conspectu discipulorum suorum. que
non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut cre
datis quia ihc est xpc filius di. & ut credentes uitam ha
beatis in nomine ipsius. GREGORII PP.

Prima lectionis huius euangelice questio animum pulsat
quomodo post resurrectionem corpus dnicum uerum fuerit. qd
ianuis clausis ad discipulos ingredi potuit.

Ego sum pastor bonus. IOHANNEM.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus. Mercenarius
autem qui non est pastor cui non sunt oues proprie uidet lu
pum uenientem. & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit
& dispergit oues. Mercenarius autem fugit. quia mercenarius est
& non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus.
& cognosco meas & cognoscunt me mee. Sicut nouit
me pater & ego cognosco patrem. & animam meam pono pro
ouibus meis. Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc ouili
& illas oportet me adducere & uocem meam audient
et fiet unum ouile. & unus pastor. GREG. PP.